



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CLXII. Das Kloster Diesdorf bekundet einen zum Ankauf von Widersdorf
angelegte Schenkung mehrerer Kloster-Jungfrauen von Lüneburg, am 27.
Mai 1369.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

CLXII. Das Kloster Diesdorf befundet eine zum Ankauf von Widersdorf angelegte Schenkung mehrerer Kloster-Jungfrauen von Lüneburg, am 27. Mai 1369.

Nos Georgius, prepositus, Elizabeth, priorissa, Totusque Conuentus Sanctimonialium in insula distorpe omnibus presenciam visuris seu auditoris recognoscimus per presentes, Quod in christo nobis dilecte Ermegardis, Ermegardis, Ghertrudis et Margareta dicte de lüneboreh, nostre Commoniales, pro XXII marcis VIIIque solidis denariorum lüneburgensium In empcionem ville widerstorp expositis et conuersis ademerunt sibi in eadem villa dimidium chorum filiginis ad tollendum seu habendum tantundem ad tempora sue vite de curia, quam pro nunc Hermannus steneken inhabitat, annis singulis in festo beati Martini per dictum Hermannum steneken seu per quemlibet dictam curiam possidentem dando predictis et presentando sub hac forma Ita, Quod que ex hiis quatuor nostris commonialibus prenomminatis diucius superuixerit, predictum dimidium chorum filiginis totaliter, ac si omnes vniuerse, percipiet et habebit sustulendo. Post obitum vero predictarum omnium C . . . tumque ex nostris commonialibus hanc litteram legitima piaque consciencia habuerit successibus temporum perpetuorum prefatum dimidium chorum filiginis singulis annis, vt premittitur, subleuabit ac luminaria nostre Ecclesie ad honorem dei omnipotentis et interemerate eius genitricis vnaque prelibatarum nostrarum Commonialium animarum remedium singulare iuxta predicti dimidii chori vberitatem fideliter emendabit. In quorum euidentis testimonium prefens scriptum nostris Sigillis dedimus communitum, Anno domini M^o CCC^o LXIX^o, Sabbato infra festum Penthecostes.

CLXIII. Das Kloster Diesdorf befundet, daß der Propst Georg von Amelingsdorf das Dorf Wendisch Böldenstedt für das Kloster erworben habe, am 23. Juni 1369.

Nos Elyzabeth, priorissa, Totusque Conuentus Ecclesie Sancte Marie In insula Distorpe verdenfis dyocesis Ordinis Sancti Augustini recognoscimus tenore presentium publice protestando, Quod dilectus nobis in christo dominus Georgius de amelingsdorp dictus, noster prepositus, celesti patri desiderio accensus, statum perpendens terrenorum gaudium expectans eternorum, totam villam flauicalem bodenstede dicte verdenfis diocesis cum omnibus suis pertinenciis, redditibus et iusticiis, prouentibus et aduocaciis, pratis et pascuis, aquis, nemoribus et siluis, agris incultis, cultis et colendis perpetuo possidendam iusto proprietatis titulo cordintimis affectibus nostro Cenobio liberaliter comparauit. Eo saluo, Quod idem dominus G. predictae ville prouentus, iusticias et redditus, iudicia et census vniuersos et singulos non obstantibus litteris nobis traditis, videlicet domini Paridami militis de Knefbecke, dicte ville prefate comparacionem, Necnon Illustris principis domini ludewici, Marchionis brandeburgensis, eiusdem ville proprietatem exprimente, pariter et dotacionem altaris omnium sanctorum In nostro locato monasterio edocente, singulis annis suis vñibus ad vite sue vehiculum percipiendo libere applicabit. Post curriculum vero sui temporis